Multoꝝ relatione cōperimus hanc apud vos olim conſuetudinem[f] fuiſſe, vt ſubdiacones ſuis licite[g] miſcerentur coniugib⁹. quod ne denuo quiſqȝ preſumeret, a ſeruo dei ſedis noſtre diacono ex authoritate noſtri deceſſoris iſto modo eſt prohibitum[h], vt eodem tempore hi qui iam vxoribus fuerant copulati, vnum ex duobus eligerent, id eſt aut certe[i] miniſtrare nulla ratione preſumerent, aut a ſuis vxoribus abſtinerēt: ⁊ quantum dicitur ſpecioſus, tunc ſubdiaconus pro hac re ab adminiſtrationis ſe ſuſpendit[k] officio: et vſqȝ in obitus ſui tempus notarij[l] quidem geſſit officium: et a miniſterio quod ſubdiaconū oportuerat exhibere ceſſauit. poſt cuius obitum quia relicta eius Honorata eſt marito ſociata, a tua fraternitate in monaſterio cognouimus eſſe deſtinatam. Ideoqȝ ſi (vt fertur) eius ſe maritus ab adminiſtratione ſuſpendit[m], antedicte mulieri non debet[n] officere ꝙ ad ſecunda coniugij

Vir et vxor erunt duo in carne vna qualiter exponit.

Monaſterium intrante uno coniugum an poſſit alter in ſeculo remanere.

Coniuges an cōmiſcē do mereant'.

xxxiiij. q.v.c.j. xxxij. xxxiij.q. iiij. chriſtiano.

j.cor. vij.a.

a ¶ Una. Fictione iuris vir ⁊ vxor vna caro ſunt. vel erūt duo in carne vna. i. in vno carnali opere. i. ad vnam carnē. vel. i. ad vnā ꝓlē ꝓcreandū. Sic ⁊ fornicarij dicuntur vna caro. ʒ. xxxij. q. iiij. in eo.

b ¶ In pollutione. Arg. ꝙ vno intrāte monaſteriū poſſit alter coniugum in ſeculo remanere, dūmodo in caſtitate. non eñ videt' eſſe cauſa prohibitiōis, niſi pollutio. cauſa ergo ceſſante ceſſabit prohibitio. qđ verum eſt ſi eſt ſenex: vt ex̄ de conuer. coniu. cum ſis preditus.

c ¶ Minora. hoc tenet in honorib⁹: vt. ʒ. xcv. diſtinc. illud. ʒ. xxiiij. q̄oē. j. miramur.

d ¶ Maiora. Nō in honorib⁹: vt. ʒ. diſt. l. qui ſub gradu. et eſt ſi'e. xvj. q. ij. viſis. B.

e ¶ Anteacte. et nonne hoc caſu augēt ſibi merita? ſic. faciūt enim vtrūqȝ, ſed in ipſo non delent culpas. Item nonne cōmiſcendo augēt merita ſibi? ſic. ✝ ſed non tantum nec ita expedite. ✝ ſȝ quidā dicāt ꝙ cū cōmiſcentur, ⁊ cauſa reddēdi debiti vel ꝓlis, non merentur premium, ſȝ min⁹ ſuppliciū. ſed hoc improbat'. ʒ. xxxiij. q. v. ſi dicat. Io.

Multoꝝ. ¶ Caſus. Olim cōſuetudo erat in Sicilia ꝙ ꝯiugati ꝓmouebant' in ſubdiaconatū nō promiſſa continētia, ⁊ ſimul vtebant' matrimonio contracto et officio eccleſiaſtico: quod poſtea a Pelagio predeceſſore Grego. fuit prohibitum ſub alternatione. ſ. vt alterutro eſſent contēti, ſcȝ conſortio vxoris, ⁊ ceſſarent ab officio ſubdiaconat⁹: vel retinerent officium ſubdiaconat⁹, ⁊ ceſſarent a conſortio vxoris. Propter quam conſtitutionem Specioſus ſubdiaconus de quo hic habetur, retento vſu coniugis dimiſit officium ſubdiaconatus. poſtea eo mortuo relicta eius nupſit alij: quā epiſcopus ſeparauit a marito, ⁊ retruſit in monaſterium. ſcribit ergo Gregorius illi epiſcopo: ⁊ precipit vt ſi ita veritas ſe habet, eam extrahat de monaſterio, ⁊ reddat marito, quia ei legitime nubere potuit.

f ¶ Conſuetudinē. contra. xxxj. diſt. ante triennium. in princi. ſed ibi loquitur poſt prohibitionē. ⁊ dicit B. ꝙ Pelagius fecit tantum vnam conſtitutionem ſub diſiunctione: ⁊ illam retractauit Grego. vt ibi notaui. Hug. dicit ꝙ duas fecit: vnam pure que ibi reprobatur, aliam quam hic tangit non reprobando.

g ¶ Licite. Ante ſubdiaconatū ductis, quia nec tēpore apl'oꝝ in ſubdiaconatu licuit ꝯtrahere. lxxxiiij. diſ. cū in preterito.

h ¶ Prohibitū. et male: q2 nec poterat ꝑcipere ꝙ abſtinerēt ab vxoribus quas erant legitime adepti, nec etiā ꝙ abſtinerent ab officio: q2 ſine culpa non poteſt quis priuari officio. et ita fuit retractatū a Gre. xxxj. diſt. cap. j. Dicit tamen Hug. ꝙ bene: quia abſtinere ab vxoribus fuit eis indictum ſi poſſent habere conſenſum virorum. Item dicit ꝙ al's interdictum fuit ex cauſa miniſteriū, ſed ſine culpa: ſicut et beneficium interdicit' coniugatis ſine culpa, ſed non ſine cauſa. ex̄ de cleri. coniug. ca. diuerſis.

Beneficiū ꝯiugatꝭ interdicit'

i ¶ Aut certe. Argu. ꝙ id quod per ſe ſimpliciter imperari non poteſt, ſed perſuaderi: vt cōtinētia. xxxij. q. j. integritas. ſubalternatiue et diſiunctiue imperari poteſt xxxij. diſtinct. lectores. Argu. contra ff. de cōdi. inſti. que ſub conditione. §. ſi quis.

k ¶ Suſpēdit. tēpore prohibitionis. ⁊ ita nō fuit adſtrictus voto continentie vel expreſſe vel interpretatiue. Unde eſt argu. eum ⁊ vxorem eius continentiam non vouiſſe.

l ¶ Notarij. Arg. contra. xx. q. iij. eos.

m ¶ Suſpendit. Secus ergo ſi ſe non ſuſpendit. vnde mulier preſumitur vouiſſe (quod concedo) eo ipſo ꝙ licentiam dat viro promouendi. Sed quare ſeparatur a viro ſecundo, licet non vouiſſet? quia vxor clerici debet ſe conuertere alicui religioni: vt arg. ʒ. xxviij. diſtin. quia ſunt. ⁊ ſic preſumebatur ⁊ dicebatur de iſto. Argu. contra: xx. q. iij. eos.

Uxor dans viro licentiā ꝓmouēdi vouere videtur.

n ¶ Non debet. ʒ. xxxij. diſtin. ſeriatim. in fi. contra: vbi dicit' ꝙ non poteſt alij nubere poſt mortē primi. Sed ibi incepta erat iam ꝯtinētia in ſubdiacono: hic nō. nō eñ vouit nec expreſſe nec tacite, cum ei⁹ marit⁹ non fuit ꝓmot⁹

Sub‑diacon⁹ o͞li pote rat cōiu gari.

ad ordinem diaconalē. ⁊ in ſubdiaconali ordine bn̄ licebat tēpore huius Greg. adherere vxori vel cōtrahere: nō poſtq̄ edidit illā cōſtitutionem. xxxj. di. ante triennium.
a ¶ Preſertim. i. ſi ſic iūcta eſt cum ſubdiacono, q͛ ipſa tūc fecerit votū q͛ poſt mortē eius contineret perpetuo. tūc eñ nō fuit matrimoniū cū ſcdo. hoc ſm̄ h. cui⁹ opinionē notaui. xxxij. diſtin. ſeriatim. ſed ſm̄ opinionem noſtram quam no. ſ. e. q. j. c. j. falſum eſſe patet. nā ſm̄ hoc etiam ſi expreſſe vouiſſet, niſi deuoueret ſe religioni, non ſolennizat: vt ibi dixi: nec ſeparatur a viro ſecūdo. Joā. ⁊ quocūq̄ modo dedit licentiā ſiue ingrediendi religionē, ſiue ordinē ſuſcipiendi, nō ſeparabitur ſcd̄m matrimoniū. Dic ergo hic preſertim, id eſt maxime. nā preſumptionem induceret contra eā, non tamē q̄ ſufficeret ad ſeparationē. h. vtrum autē dando licentiā intelligat̄ ſolēniter vouere, no. xxxij. diſt. ſeriatim. ⁊ xxviij. diſt. ſi ſe cuiq̄.

ſecus ſi ius ſcinit. Jo.
d ¶ Promiſit. Compellēda eñ eſt ſi ſe ꝓmiſit futuram monachā: arg. xij. q. ij. quicunq̄ ſuffragio. † niſi maius periculū timeat̄. extra qui cle. vel vo. veniens. Uel dic ꝓmiſerit ſe deuouendo religioni.

vota migrauit: p̄ſertim[a] ſi non tali mente ſubdiacono iuncta eſt, vt a carnalibus voluptatibus abſtineret. Si ergo ita ſe veritatē queadmodum edocti ſumus, habere cognoſcis: predictā te mulierem de monaſterio per oīa conuenit relaxare, vt ad ſuū maritum ſine aliqua poſſit formidine remeare. Itē adriano panormitāo notario.

¶ Ad vxorē redire cogat̄ q̄ ſine eius conſenſu religioſam veſtem ſuſcepit.

Agathoſa latrix p̄ſētiū queſta eſt virū ſuū contra voluntatē ſuā in monaſterio vrbici abbatis eſſe conuerſum. quapropter experientie tue precipimus vt diligenti inquiſitione diſcutiat ne forte ei⁹ voluntate conuerſus ſit[b], vel ipſa[c] ſe mutare promiſerit: et ſi hoc repererit, ⁊ illum in monaſterio permanere ꝓuideat, et hāc (ſicut ꝓmiſit[d]) mutare compellat. Si vero nihil horū[e] eſt, nec quondā[f] fornicationis[g] crimen (propter qd̄ licet dimittere vxorē) predictā mulierē cōmiſiſſe cognouer̄, ne illi⁹ conuerſio vxori relicte in ſeclo fieri poſſit perditiōis occaſio, volum⁹ vt maritū ſuum illi etiam ſi iam tonſuratus[h] eſt, reddere debeas[i], oī excuſatiōe ceſſante qꝛ etſi mūdana lex precipit cōuerſionis[k] grā vtrolibet inuito poſſe ſolui coniugiū, diuina tñ lex fieri non permittit. Nā niſi

e ¶ Uotum. ſcꝫ q͛ nec illa mutare ſe ꝓmiſit, nec conſenſit ⁊c.
f ¶ Nec quondā. Hic petitorio agebat̄: et ideo excipit de fornicatiōe. alꝰ primo reſtitueret̄: ex̄ de reſtit. ſpo. ex conqueſtione.
g ¶ Fornicatiōis. Publice: vt ex̄ de diuor. ſignificaſti. alꝰ ſine iudicio eccleſie dimiſſa reſtitueretur, niſi ipſa ſe ſpoliaſſet vagando cum adultero. Uel veri⁹ dicas q͛ hic referebat̄ queſtio quomodo ipſa non erat ſpoliata: qꝛ dicebatur q͛ ei⁹ volūtate intraſſet religionem.
h ¶ Tonſurat⁹. ſm̄ h. poſt mortē vxoris tenet̄ redire ad monaſteriū, nec ob. decre. illa extra de ꝯuer. ꝯiug. quidā. licet eñ ingreſſus vel votū non teneat quantū ad ſe, tamē monach⁹ eſt, ſicut extinctores ſpiritusſancti. licꝫ eñ extinguere non poſſunt quo ad ſe, tamē extinctores iudicant̄. j. q. j. iudices. de conſe. diſt. iiij. queris. videt̄ tamē illa glo. ſed nunq̄d ꝯtra. huic. Jo. male dixit h. cum iterum approbata ſit in noua compilatione illa decre. quidam. B.

Spūſſancto extinguo nō poſ.

Agathoſa. ¶ Caſus. Maritus agathoſe monaſteriū intrauerat: vxor eius eū repetebat, ſed ei non reddebatur: quare cōqueſta eſt Greg. ſcribit ergo Grego. Adriano notario vt cognoſcat de hac cauſa: ⁊ ſi inuenerit q͛ voluntate illius intrauerit monaſteriū, vel q͛ ipſa monaſterium ingredi promiſerit, vel q͛ ipſa fornicata fuerit, permittat illū in monaſterio remanere: ⁊ a petitione vxoris abſoluat. Si autem nihil eoꝝ inuenerit, ipſum etiā tonſuratū ad vxorem redire cōpellat: qꝛ etſi lex humana permittat matrimoniū ꝑpter religionē diſſolui, lex tñ diuina hoc ꝓhibet, niſi cauſa fornicationis: cū poſt carnalem copulā vnū corp⁹ ſint effecti.
b ¶ Cōuerſus ſit. Licet recipi nō debuerit, niſi et vxor conuerteret̄. ſ. e. ſunt qui dicunt.
c ¶ Uel ipſa. Hic habes q͛ conſenſus vxoris ſufficit, licet ipſa expreſſe nō voueat, nec intret religionē, ad hoc vt maritus poſſit intrare religionem: vt. xxxiij. q. v. qui vxorem. ⁊ expreſſum videt̄ ex̄ de conuer. coniug. veniens et ca. conſtitutus. nā dando licentiam vouere intelligitur. xxxij. diſt. ſeriatim. xxviij. diſtin. diaconus. ⁊ ca. ſi qua vidua. ſꝫ expreſſe cōtradicit ex̄ de conuer. coniug. c. j. Quidam dicūt licentiā vxoris non ſufficere niſi et ipſa intret religionē. ⁊ illud ca. xxxiij. q. v. qui vxorē. intelligūt loqui de conſilio. ⁊ qd̄ hic dicit, ſi vero nihil horū, dicunt q͛ hec dictio horum, hic demonſtrat hec duo membra. ſ. crimen fornicationis, ⁊ hoc q͛ ipſa ſe mutare ꝓmiſit. ⁊ exponunt hic vel pro ⁊. Alij dicunt q͛ ſola licētia ſufficit, ⁊ dando licentiam intelligit̄ vouere, ⁊ cogit̄ intrare religionem, niſi ſit vetula: vt ex̄ eo. cum ſis predict⁹. ⁊ intelligunt decre. primā predi. de conuer. coniug. de licētia extorta. Probabiliter poteſt dici q͛ ſi mulier ignara iuris dedit licentiā, non intelligitur vouiſſe, ⁊ tunc poteſt maritum repetere.

Marit⁹ an poſſit religionē intrare ſolo ꝯſenſu vxoris ꝯ lateruenien te.

i ¶ Debeas. Sed nunq̄d iſte reddit⁹ vxori poterit ab ea exigere debitū, ‡ vel ei exigēti reddere? Dic q͛ exigēti tenetur reddere. qd̄ eñ ſuū erat, ſcꝫ exigere vouere poterat, ſed non alienū. ſ. nō reddere: vt. xxxiij. q. v. vna. ſed ab ea exigere non poterit: argu. extra de ꝯuer. ꝯiug. q̄dā intrauit. qꝛ quantū in ſe fuit, ſe voto aſtrinxit. Sed nunquid ea mortua poterit abbas iſtum repetere, vel iſte poterit aliam ducere? Dicendum q͛ abbas iſtum repetere non poterit, quia votū nullū fuit, ⁊ non fuit monachus, non tamē aliā ducere poterit: qꝛ quantū in ſe fuit, ſe voto ligauit. ſi tamē duxerit de facto, tenet, ⁊ erit matrimoniū inter eos: vt ex̄. e. placet. h. tamē contrarium dixit, et dixit q͛ non eſſet decre. que eſt ex̄. e. q̄dā. Si autem aliquis de licentia vxoris ſue intrauit religionē: ſatis poteſt dici q͛ mortua vxore que eum repetijt, cogit̄ reuerti ad monaſteriū: ⁊ ſi contraheret, non teneret matrimoniū: vt ex̄ eo. titu. ex parte. Jo.
k ¶ Couerſionis. Ante iudiciū eccl'ie neuter poteſt intrare monaſteriū altero inuito, niſi cū publice fornicata eſt. tūc vir ea inuita poteſt intrare monaſteriū: ſꝫ non illa ſed facta ſeparatione iudicio eccl'ie, ſm̄ h. neuter tenet̄ alteri, ⁊ vterq̄ ceſſit iuri ſuo, arg. vij. q. j. ꝙ periculoſum. ⁊ ideo tūc dicit h. q͛ vterq̄ intrare poteſt reliquo inuito. Illud autē apl'i: Aut maneat innupta, aut recōcilietur: qd̄ de dimittēte loquit̄, intelligit̄ ante ſentētiam eccleſie. Jo. ſed aut̄. contradicit. h. vt. C. de adul. aut̄. ſed hodie. B.

Mari⁹ religiōe ſue vxore repetē an poſſit debitū exigere?

Si q̄s ſi mulier eum repetijt an cogitur reuerti ad monaſteriū.

Utrum cōiugum vterq̄ poſt ſeparationē fiat penitenter et vult intrare videt hoc facere poſ.

a ℭ Dimittere. Arg. q alter cōiugum pōt intrare monaſterium altero conſentiente etiā poſtq̄ʒ ſunt vna caro effecti. Et ſic habes duas cauſas hic quibus poſt carnalem copulam vir poteſt ſeparari ab vxore quantum ad reddendū debitū, et cohabitationem: ſcʒ fornicationem: tamen poſt ſeparationem factam ab eccleſia, antea nō: vt. j. xxxv. qōne. vj. multorū. et. xxxiij. qōe. ij. ſeculares. ⁊ votū conuerſionis tūc exigitur vt illa cōſentiat, ⁊ ſil'r cōuertatur ⁊ ꝓfiteatur ſi eſt iuuenis: ſi vetula, ſaltem ꝓfiteatur ꝑpetuā continentiā. ex de conuer. cōiuga. cuʒ ſis preditus.

ſit ante carnis copulā arg. ex de cōiu. ſer. pro poſuit. ſm Jo. de anco

Monaſterium intrare poſ= ſit alter cōiugū poſt copulā altero cōſentiēte.

S J q̇s cōiugatus. ¶ Caſus. Si aliquis cōiugatus voluerit ad monaſterium trāſire, non poteſt hoc facere ſine licētia vxoris: quia non recipitur apud deum viri ꝯuerſio cuius ſequitur cōiugalis federis ꝓſtitutio. vnde ſi vxor poſtea nubat, adultera erit. licite ergo fieri pōt de vtriuſq; conſenſu.

b ℭ Caſtimoniā profitente. i. tranſeunte ad religionem, ſi eſt iuuenis. al'as ille non eſt recipiēdus. extra de cōuer. coniug. cum ſis preditus.

c ℭ Uiri. Extra de cōuer. cōiug. ſane. ⁊ c. ꝯiugatus.

S J vir. ¶ Caſus. Si vir ⁊ vxor cauſa religionis diuertere voluerint: hoc non debet fieri ſine licētia epī: alterutro tamen inuito hoc fieri nō poteſt. Singulariter, id eſt diuiſim: quia in eodem monaſterio eſſe nō debent. Sequentia duo ca. plana ſunt.

d ℭ Conſciētia. Hoc generaliter obtinet, vt ſemper authoritate eccleſie fiat ſeparatio: vt. xxxv. qōe. vj. multorū. ſ. xix. qōne. ij. due. contra. ibi: ſecus in clerico. ſi tamen ſeparatio ne authoritate epī iſtud fiat, tenet: vt generaliter interpretatur conſuetudo. vel in eo caſu exaudi cum volunt conſtruere monaſterium in quo ſe conuertāt ſine licentia epī: arg. de conſe. diſt. j. nemo. Jo.

Coniugum ſeparatio nō fit ſine eccle authoritate.

e ℭ Non ſoluitur. niſi poſtea alter velit ratum habere ingreſſum alterius: arg. xxxiij. q. v. mulier.

fornicationis cā vir vxorē dimittere[a] nulla rōne conceditr: q2 poſtq̄ʒ copulatione cōiugij viri atq; mulieris vnū corpus efficit, non pōt ex parte cōuerti ⁊ ex parte manere in ſeculo. Item ex. viij. ſynodo.

ℭ Sine conſenſu vxoris religionis propoſitum vir ſumere non poteſt.

S J q̇s cōiugatus vult cōuerti ad monaſterium non eſt recipiēdus niſi prius a coniuge caſtimoniā ꝓfitente[b] fuerit abſolutus. nam ſi illo viuente illa per incōtinētiā alteri nupſerit, proculdubio adultera erit: nec recipietur apud deū eius viri[c] conuerſio cuius ſequitr coniugalis federis proſtitutio. Tales igitur cōiuges tunc ſine culpa ſequuntr Chriſtū derelicto ſeculo, ſi habeāt ex pari volūtate caſtitatis cōſenſum. Item ex ſynodo Eugenij pape.

ℭ Sine conſcientia epiſcopi viro et vxori cauſa religionis diuertere non licet.

S J vir et vxor diuertere pro ſola religioſa inter ſe cōſenſerint vita, nullatenus ſine epī conſcientia[d] fiat: vt ab eo ſingulariter ꝓuiſo cōſtituātur loco. nam vxore nolente, aut altero eorū, etiam pro tali re matrimoniū nō ſoluitur[e]. Item Auguſtinus de adulterinis coniugijs.

ℭ Sine vxoris voluntate viro continere non licet.

S J tu abſtines ſine vxoris volūtate, tribuis ei fornicandi licētiam[f]: et peccatum illius tue imputabitur[g] abſtinentie. Item Gregorius Urbico abbati.

ℭ Uir nō eſt ſuſcipiēdꝰ in monaſteriū niſi vxor cōuertatur.

Q Uia Agatho lator preſentiū in monaſteriū dilectionis tue ꝯuerti deſiderat: hortamur vt cū oī eū dulcedine dilectioneq; ſuſcipias: quē tñ ita ſuſcipiēdum eſſe cognoſce, ſi vxor illiꝰ ſil'r cōuerti voluerit. Nam dū vnū vtrorūq; corpus cōiugij[h] ſit factū copulatione: incōgruū eſt partē cōuerti, et partē in ſeculo remanere. Item Nico. papa.

ℭ Continentie vota non licet vxori ſuſcipere niſi eādem vitam vir eius elegerit.

S Cripſit nobis Theberga regia ſe regia dignitate[i] vel maritali copula velle exui, ⁊ ſola vita priuata eſſe cōtentam deſiderare: cui nos ſcripſimus non aliter hoc fieri poſſe[k], niſi eandē vitā coniunx eius Lotharius elegerit. nam lʒ ſit ſcriptū: Quos deus coniunxit, homo nō ſeparet: deus tamen et nō homo ſeparat qñ diuini amoris intuitu ex conſenſu vtriuſq; ꝯiugis matrimonia diſſoluūtur: aliter autē fieri prohibetur. B.

f S J tu abſtines. ℭ Licentiam. i. occaſionem.

g ℭ Imputabitur. Adeo q ſm Jo. de fan. nō poterit dimittere eam ꝓpter talem fornicationē: qm̄ qui occaſionem damni ⁊c. ſ. diſtin. l. ſtudeāt. ⁊ ca. ſepe. et. j. q. j. placuit. Et eſt argu. pro eo in auf. vt lice. ma. ⁊ auie. ſ. q2 ꝓo plurimas. in ſi. col. viij. quod nō credo. ex de diuor. ſignificaſti. lʒ enim det occaſionē ille, ipſa tamē debet fidem ſeruare caſtitatis. arg. ſ. e. agathoſa. et. xxxiij. qō. v. quod deo. niſi eā tradat alij adulterandā. ex de eo qui cog. cōſang. diſcretionē. ff. ſo. ma. cuʒ mulier. Dic ergo hic tue abſtinentie id eſt abſtinenti tibi imputabitr peccatum qđ cōmittit ei debitū denegando. Jo.

Damni dās cāʒ dāmnum feciſſe videt. Sed ar. ꝯ cū eſt expſſum. ſ. e. ſi q̇s. ibi adultera erit. vbi. hu. ponit et tʒ qđ. j. ſequit in glo. itē eſt arg. expſſū. xxxij. q. v. puto.

h Q Uia agatho. ℭ Cōiugij. ſ. diſtin. xl. ſicut. C. de epi. ⁊ cleri. deo nobis. C. de agri. ⁊ cenſi. cū ſcimus. lib. xj. Jo.

S Cripſit nobiſ. ¶ Caſus. Theberga poſtulauit a Nicolao papa vt liceret ſibi religionem intrare. quare papa reſcripſit ei dicēs q hoc pōt facere ſi vir eiꝰ Lothariꝰ ſimiliter cōuertatur: nec tunc facerent cōtra authoritatē euangelij: q2 tales non ſeparat hō, ſʒ deus: cum religionis intuitu ex conſenſu vtriuſq; ꝯiugis matrimonia diſſoluūtur: aliter autē fieri prohibetur. B.

i ℭ Dignitate. argu. q hoc ſolo q q̇s efficit monachus, deſinit eſſe rex vel imperator, vel papa, vel eps. ar. vij. q. j. hoc nequaq̄ʒ ⁊c. Et eſt arg. q ius regni nō tranſit ad monaſteriū: ſed ad ſucceſſores ſanguinis tm̄, vbi per ſucceſſionē habetur. ſic de comitatu ⁊ ducatu. arg. tm̄ ſumit hic ſophiſtice. Nā iſta non erat regina niſi q2 vxor regis fuit: ſicut ⁊ vxor cōſulis dr cōſularis. ff. de ſena. femine. ergo eoipſo q volebat exui copula maritali, ergo dignitate regia.

Rex deſinit eē rex ſi monachꝰ efficiatur.

k ℭ Poſſe. ſed nonne vir eius erat publicus adulter cū gualdrada: vt. ij. q. j. ſcelus? quare ergo nō etiam potuit ab eo recedere: vt. ſ. e. agathoſa. etiā ſine iudicio eccleſie vt extra de diuor. ſignificaſti? Potes dicere q adhuc nō

ſenſu vtriuſqꜫ coniugis matrimonia diſſoluuntur. aliter autem fieri mutuam ſeparationem veſtram prohibemus.

Ecce[a] ꝙ coniugati ſine licentia alterutrius continentiam profiteri nō poſſunt. ſponſi vero etiam inconſultis quas ſibi deſponſauerunt, exemplis et authoritatibus ꝓbantur cōtinētiam poſſe ſeruare. Ut enim refert beatꝰ Hiero. Macharius precipuus inter chriſti eremitas celebrato nuptiarū conuiuio cuꝫ veſpere thalamū eſſet ingreſſurus, ex vrbe egrediēs transmarina petijt, ꝛ eremi ſolitudinē[b] ſibi elegit. Item beatus Alexius Epiphanij clariſſimi filius ſimiliter ex nuptijs diuina gratia vocatꝰ ſponſam deſeruit, ꝛ nudus Chriſto famulari cepit. Horuꝫ exemplo patet ꝙ ſponſi ſpōſarum non exquiſito ſuarū conſenſu, continētiam valēt profiteri. Probatur idem authoritate Euſebij pape dicentis.

**Deſponſata puella nō prohibetur monaſteriū eligere.**

DEſponſatā puellā non licet parētibꝰ alij viro tradere: licet tamen illi monaſterium[c] ſibi eligere.

Item Grego. in regiſtro.

**Deſponſata impune monaſterium poteſt eligere.**

DEcreta[d] legalia deſpōſatā, ſi conuerti voluerit, nullo modo cenſuerūt dāno[e] mulctari. Cum ergo coniugatoꝝ cōtinentia niſi ex amboꝝ conſenſu deo offerri non valeat, cū vir ſui corporis poteſtatem non habeat, ſed mulier: ſponſe autē monaſterium poſſunt eligere, et ſponſi non exquiſito conſenſu ſponſarum propoſitū melioris vite aſſumere valeāt: ptꝫ ꝙ inter ſponſum ꝛ ſponſam cōiugiū nō eſt. Item cum ſm Augu. illa mulier non ꝑtineat ad mr̄imoniū cum qua docetur nō fuiſſe cōmixtio ſexus. [continuation not shown]

ſuperdurerat gualdradā. Uel iō nō potuit ab eo recedere q: de hoc ipſo erat q̄ſtio, an eſſet vxor eius vel nō. Jo.

Ecce. ¶ Caſus. Infert Grati. ex ſupradictis ꝙ coniugati ſine conſenſu, alterutrius continentiam profiteri non poſſunt. Poſtea aſſumit dicens ꝙ ſponſi hoc facere poſſunt. ꝛ hoc probat exemplo Macharij ꝛ Alexij. Et ad hoc iducit ſeq̄ntia duo cap. quorū vltimum intelligit Beneuen. de ſponſa de preſenti, licet Grat. itellexerit de ſponſa de futuro.

a ¶ Ecce. Probauit ꝙ alter cōiugū altero inuito nō poteſt tranſire ad religionem. nunc ponit aſſumptionem ſcꝫ ꝙ ſponſus hoc pōt: et ex eo infert: nō ergo eſt ꝯiūx. j. ·§. cum ergo. Jo.

b ¶ Solitudineꝫ. Dicunt tamen quidam ꝙ vita eremitica non ſoluit matrimonium: q: eremita non eſt religioſa perſona niſi ſpecialiter ſe deuoueat alicui religioni ſiue ordini. nam eremita habet proprium: vt. xix. q. iij. ·§. econtra. vnde ſi cōtrahit matrimoniuꝫ, tenet. Alij dicūt ꝙ eſt ꝑſona religioſa: ꝛ talis religio habet votum cōtinētie annexū. ſi tamen quis in propria domo vellet religioſam vitā ducere, talis religio nō diſſoluit ſponſalia: vt ex̄ de cōuer. coniu. ex parte. ij. Jo.

c ¶ Monaſteriū. Sed obijcitur, ſponſus intrat religionem: et monachi nolunt eum recipere ante legitimam probationem, cum non debeant. extra de regu. ad apoſtolicā. Nunquid ergo ſponſa tandiu tenetur eum expectare: forte per annū vel per triennium, ſecūdum ꝙ eſt notus vel ignotus: et ipſa talis eſt ꝙ continere poteſt? Ad hoc dico ꝙ ſi ſine licentia vxoris tranſit ad religionem; non habebit tempus probationis niſi duos menſes. ſi autem de eius voluntate tranſit, tenetur cōtinere vſqꜫ quo ſit elapſum tempus ꝓbationis. et qđ dicit decre. extra de cōuer. cōiug. ex publico. ꝙ duo menſes tantum dantur aſſumenti habitum religionis, intelligas de illo qui ſine voluntate vxoris tranſit. Similiter diſtingue in clerico tranſeunte ad religionem: vt ſi de licentia epiſcopi tranſeat, ꝙ poſſit petere tēpore ꝓbationis priora ſtipendia. ſecus ſi ſine licentia. Jo. Quid iuris ſit de hoc, in queſtionibus not. † B. Lau. tamen dicit ꝙ ſi alter dat licentiam alteri, nō intelligitur dediſſe niſi ſcđm ꝙ de iure debet habere, ſcilicet vſqꜫ ad duos menſes. Sed quid ſi non vult eligere monaſteriū: ſed in propria domo vult habitum ſumere vel continentiam vouere? Dicimus ꝙ non poteſt: vt habes ex̄ de conuer. cōiu. ex parte. in fine. nec ſponſus poteſt ad eccleſiā n ſecularem conuerti, vel ordinem accipere: vt extra de cleri. coniug. cap. j. §. c. ſi vir. Et dicit Hug. ꝙ ſponſus cum dat licentiam ſponſe vel ecōuerſo intrandi monaſterium, matrimonium non ſoluitur: ſed compellendus eſt ꝛ ipſe intrare etſi contraxerit, duos habet viros mulier, vel vir duas vxores. Tu dic ꝙ ſiue ea volente ſiue inuita tranſeat alter non cōpellitur intrare monaſterium. Baꝫ. dixit ꝙ non ſoluitur, nec intrare cōpellitur: ꝛ ſi contraxerit, hꝫ duas vxores. Tu dic ꝙ nō compellit intrare: quia cū et dat licētiam, intelligit dare authoritate et iure illiꝰ canonis ex publico. de conuer. cōiug. ꝛ diſſoluitur matrimoniuꝫ: vt dicitur expreſſe in aut. de ſanc. epiſ. ·§. ſpōſalibus quoqꜫ. col. ix. vbi dicit ꝙ vinculū illud rūpitur. licet ad hoc reſponderi poſſit per ca. ſ. eo. ſcripſit. nam ibi dicitur matrimoniuꝫ diſſolui poſt carnalem copulaꝫ: quod eſt impoſſibile, niſi quo ad ſeruituteꝫ. xxxij. q. vij. tātum valet. Joan. Dicit tamen imperator ꝙ quicquid ligatur, ſolubile eſt. in auten. de nup. ·§. nuptias. col. iiij.

d DEcreta. Pone ꝙ ſponſus dicit ſponſe: Intra religionem, ꝛ ego cōtinebo. nunquid rumpitur matrimonium? Quidam dicūt ꝙ ſi continet, non rumpitur: ſed ſi cōtrahit, rumpitur. vnde ſecundū eos non ſola religio rumpit, ſed religio cum copula. Item quid ſi iurauit vterqꜫ ꝙ nō intraret religionem: queritur vtrum intrare poſſit? et videtur ꝙ non. xxij. q. iiij. ·§. illicitum. Argu. contra. xix. q. ij. due. dic ꝙ nō debet intrare: ꝛ cum religio ſoluat vinculū matrimonij, videtur ꝙ et vinculum iuramenti: vt extra de ſponſa. commiſſum. et de iureiur. peruenit. Joan.

e ¶ Damno. Res enim quas alter alteri dedit, reſtituentur ei: vt extra de conuer. coniuga. ex publico. licet poſſit videri ꝙ ille per quem ſtat ꝙ matrimonium non conſummatur, debeat puniri: vt. C. de ſponſa. l. vltima. Sed non eſt ita. † ſi tamen oſculum interuenit, non poteſt ſponſus niſi dimidiam partem rerum ſuarū datarū ab ipſa repetere: ſed mulier totuꝫ repetit quod dedit. C. de dona. ante nup. l. ſi a ſponſo. Joan.

¶ Cum ergo. ¶ Caſus. Infert Gratianus nunc cum coniugati non poſſunt ſine conſenſu alterutrius continentium profiteri: ſponſi vero hoc poſſunt: patet ꝙ inter ſponſum et ſponſam non eſt matrimonium, et ad

Eremita an ſit perſona religioſa.

Queſtio venerialis eſt et icipit: quidā clericus intrauit. vbi dicit Tāc. ꝙ clericꝰ q̄ de licentia sui p̄lati itrauit religionem vt eſſet in ꝓbatiōe habebit interi oēs fructus ſui bñficij cū ſit clericus eccleſie et poſſit reuerti ſi velit. hodie hec qō eſt expedita vt ptꝫ ex.

ll. vj. de reg. bñficium dic vt ibi.

ſ. Coꝛ vij. a.

Religio vtrū ſol nat vinculū iuramēti.

† Sub. q: iure ꝑmittēte hꝰ fit tō penam nō meret. C. dad ul. grac chos. ꝛ xxvj. q. j. hac rōne.

confirmãdam ſuã cõcluſionem inducit authoritates: primo Aug. ſcdo Leonis, tertio Nicolai, quarto Grego. Et qd dicit Nicolaus, intelligitur ſi eam cognouit.

Quod autẽ. ¶ Caſus. Dicit in hoc. c. ꝙ ſi frigid9 ducat vxorem de facto, ꝛ illa poſſit ꝓbare ꝙ hoc verum ſit, per veram probationẽ: ſcꝫ per aſpectũ corporis: vel. vij. manu propinquorum, ſeparari debent.

nium: quod tribus rationibus confirmat. Nam ſi eſſet matrimonium inter ſponſum et ſponſam, ergo per ſolã cauſam fornicationis poſſet eam dimittere, ꝛ eius vir ſecundus a promotione repelleretur, ꝛ diſceſſio ab inuicẽ diceretur diuortium. at in ſponſo et ſponſa ſecus eſt. et ꝙ diuortium nõ ſit inter ſpõſum ꝛ ſpõſam probat authoritate ipſius Ambroſij.

mixtio ſexus. Item cum ſm Leonẽ illa nõ ꝑtineat ad matrimoniũ cũ q̃ non docet fuiſſe nuptiale miniſteriuꝫ: apparet ꝙ inter ſponſum ꝛ ſpõſam ↄiugiũ nõ eſt. Item Nico. papa precepit de his q̃ ab aduerſarijs excecant, ꝛ mẽbris detruncant, vt ob hãc infirmitatẽ cõiugia taliũ nõ ſoluant. De his autẽ qui cauſa frigiditatis vxoribus debitum reddere nõ poſſunt, ſtatuit Gregor. papa vt vterqꝫ eoꝝ ſeptima manu ꝓpinquoꝝ tactis ſacroſanctꝭ reliquijs iureiurando dicat ꝙ nũqꝫ per commixtionẽ carnis cõiuncti vna caro effecti fuiſſent. tunc mulier ſecundas nuptias poterit contrahere: vir autem qui frigide nature eſt, maneat ſine ſpe coniugij.

Unde idẽ ſcribit Venerio Carolitano epõ ita dicens.

¶ Si mulier probauerit ꝙ a viro ſuo nunqꝫ cognita fuerit, ſeparetur.

Quod autẽ[a] interrogaſti me de his qui matrimonio cõiuncti ſunt, ꝛ nubere[b] nõ poſſunt: ſi ille aliã vel illa aliũ poſſit accipere: de his ita ſcriptũ eſt[c]. Uir ꝛ mulier ſi ſe ↄiunxerint, et poſtea dixerit mulier de viro ꝙ nõ poſſit coire cũ ea: ſi põt per verũ indicium ꝓbare[d] qd verum ſit, accipiat aliũ. Ecce impoſſibilitas coeũdi ſi poſt carnalem copulã inuenta fuerit in aliquo, non ſoluit coniugiũ. ſi ꝟo ante carnalẽ copulam deprehẽſa fuerit: liberum facit mulieri aliũ viꝝ accipere. vnde apparet illos non fuiſſe coniuges: alioquin non liceret eis ab inuicem diſcedere excepta cauſa fornicationis: et ſic diſcedẽtes oportet manere innuptos, aut ſibi inuicẽ reconciliari. Itẽ ſi ſponſa coniunx eſſet, mortuo ſponſo remaneret vidua: ſi autem vidua eſſet, vir eius ad ſacros ordines conſcẽdere non poſſet. marit9 eñ vidue eque ſicut ꝛ bigam9 ſacerdos fieri ꝓhibet. Ex hui9 autẽ copula nullus prohibetur a ſacris ordinib9. vt eñ ait Gelaſius papa, nihil eſt (quantũ ad hunc articulum attinet) qd ei obuiet de canonicis inſtitutꝭ[e]. Apparet ergo hos non fuiſſe coniuges. Item ſi coniuges eſſent, diſceſſio ab inuicem eſſet diuortium. ſed horum ſeparationẽ negat Ambroſius eſſe diuortiũ, dicens de beata Maria, quã ſibi Joſeph deſponſauerat, ꝛ in ſuam duxerat. Joſeph nunqꝫ cognouit eã. nã ſi vir iuſt9 eã cognouiſſet. nunqꝫ a ſe diſcedere paſſus eſſet: nec domin9 qui vxorẽ preceperat a viro nõ recedere niſi cauſa fornicationis, cõmendans eã diſcipulo author diuortij fuiſſet. ecce commẽdatio Marie Joanni, et detractio Joſeph negatur[f] fuiſſe diuortium, qꝛ Joſeph non cognouerat eã. vnde apparet[g] eos non fuiſſe coniuges. Si autẽ beata Maria quã ſibi Joſeph deſponſauit, et in ſuam duxerat, coniunx negatur fuiſſe: multo min9 iſta que ſimpliciter ſponſa erat, cõiunx eſt appellanda.

Item ex conci. Aurelianenſi.

¶ Sororem vxoris polluens neutram valet habere.

Qui dormierit[h] cum duabus ſororibus, ꝛ vna ex

a ¶ Qd aũt. De hac materia habebis. xxxiij. qõ. j. capi. j. Joan.

b ¶ Nubere. Id eſt carnaliter commiſceri: vt. ſ. diſt. xxxiij. valentino.

c ¶ Scriptũ eſt. in lõbarda. Et ita eſt arg. ꝙ leges induci poſſunt in cauſis matrimonialibus. nã ꝛ in accuſatione etiam clericorum inducunt. ar. iij. q. ix. dignum.

Leges allegari poſſunt in cauſis matrimonialib9.

d ¶ Probare. J. xxxiij. q. j. ſi qs accepit. contra. ex de deſpon. impu. cõtinebat. ex de clan. deſpon. ſi qs clam. ex de fri. ꝛ malefi. ca. j. In his oĩbus dicit ꝙ ꝓbationi viri ſtãdũ eſt, ꝛ etiã ſacramento viri: vt in ca. cõtinebat. ſed hoc intelligit cũ vir tacet, ꝛ probationes nõ hꝫ: immo verior eſt ſolutio ꝙ hoc locum habet quotiẽs mulier que virgo eſt ſe incognitam vult ꝓbare per aſpectũ corporis. hec probatio prefertur omnibus etiam iuramento viri. extra de probat. propoſuiſti: validior eñ eſt et melius res ingeritur animo oculata fide qꝫ per aures. inſtitu. de gra. di. cogna. §. hactenus. et §. conſobrino. ſed ſi fuiſſet mulier, potius crederetur viro: et ſic loquuntur iura contraria.

Mulier ſi dicat ſe incognitã et vir ↄtrariũ cui9 ꝓbatio admittet.

e ¶ Inſtitutꝭ. xxxiiij. diſt. ca. vir.

f ¶ Negat. Re vera non eſt diuortium proprie ſumpto vocabulo: quia diuortiũ dicitur inter carnaliter commixtos, repudium inter ſponſos. ff. de verborũ ſignifica. inter ſtuprũ. §. diuortium.

Diuortiũ ꝛ repudiuꝫ differũt

g ¶ Unde apparet. Totum eſt allegatio.

Qui dormierit. ¶ Caſ9. Dicitur in hoc ca. ꝙ ſi quis vxorem a ſe cognitã habuit, ꝛ poſtmodum ſciẽter cum ſorore ei9 adulteretur: neutram ex ipſis habebit. i. nec vxori debitũ reddat: nec poſt mortem vxoris licet ei nec adultere alicui matrimonialiter copulari. Quidam tamen habẽt ibi. §. idem.

h ¶ Qui dormierit. Quidam dixerunt hoc ca. intelligendum ſm decreta. extra ꝺ diuor. ſi qua. ꝛ de ſponſa. requiſiuit. ſed ille decret. parum faciũt. Hug. vero et Baz. dicunt potius eſſe ſtandum euangelio, vnde intelligũt hoc ca. ꝙ exigere non poteſt, ſed reddere tenetur. vnde ſic intelligũt ſequẽtem literam: non liceat proprie vxori reddere ſibi debitũ. i. ipſe nõ poteſt petere debitum ab ea: ꝛ ita intelligũt ꝑdictas decre. nã peccata ſuos debent tenere authores. C. de pe. ſancimus. ꝛ eſt hodie expreſſum ex de eo q̃ cog.

¶ Ecce impoſſibilitas. ¶ Caſus. Iterũ concludit Gratianus ꝙ inter ſponſum et ſponſam non eſt matrimonium: quod tribus rationibus confirmat.

Affinitas ſpiritualis eſt maior carnali.

ꝯſan. diſcretionē. ⁊ maxime cū affinitas ſpūalis maior ſit q̄ carnalis: vt. xxx. q. iij. ita diligere. ſꝫ ꝓpter ſpūalē ſupuenientē nō ſeparent. xxx. q. j. ad limina. Jo.
a ¶ In coniugio. j. xxxij. q. vij. quedā. j. xxxiij. q. ij. ſi q̄s ꝯtra. ſed ibi neutra fuit vxor.
¶ De ſpōſa. ¶ Caſus. Dictū eſt. ſ. q̄ illa quam vir ſororis ſue cognouit, cōtrahere nō poteſt. nunc dicit ſecꝰ eſſe in ſponſa que poſt penitentiam poteſt contrahere.
Quidā deſpōſauit. ¶ Caſus. Quidā deſpōſauit quandam: et eam, ꝓpter frigiditatem vel aliud iuſtum impedimentum cognoſcere nō potuit. quā frater eius poſtea corrupit et grauidauit, et ideo ſtatutū fuit in ꝯcilio iſto vt corruptor eam nō habeat: lꝫ frater eius eam non potuit habere: mechus tñ et mecha poſt penitētiā contrahere poſſunt.
b ¶ Dotauit. i. donationem propter nuptias dedit. naꝫ ſm leges mulier dat dotē et vir donationem. extra de dona. inter virū et vxo. nuper.
c ¶ Sed mechus. Si fuit ſponſa de preſenti: qđ magis videt̄ ex eo qđ dicit, nō potuit ei cōmiſceri, quia ad id ſponſus iam deuenerat, vt tentaret: ſed non potuit aliquo impedimento impeditus. Uel ſi fuit ſponſa de futuro, cum qua non cōmittitur mechia. i. adulterium: dic mechus et mecha. i. fornicarius ⁊ fornicaria: quia fornicatio mechia dicitur: argu: xxxij. q. iiij. meretrices. ⁊ hoc eſt quod ſequitur fornicationis ⁊c̄.

Adulteriū cum ſponſa nō ꝯmittitur.

Adde in gl. c. diſcretionē de eo q̄ cogno. cōſang. vxoris ſue. gl. i ca. ſi vo. de ſent. excō.

d ¶ Licita. Poſt mortem ſponſi, ſi erat ſponſa de preſenti. ecce minus puniuntur iſti q̄ adulteri in ſuperiori ca. ſed hoc non contingit propter coniugium, vt intelligit G. ſed peccauerunt minus ob publice honeſtatis iuſtitiam, q̄ ſi eſſet iam cognita, et affinitas interueniſſet. Joannes.
Si quis. ¶ Caſus. Deſponſauit aliquis aliquam per verba de futuro: pater eiꝰ eam poſtea oppreſſit, cum qua filius poſtea per verba de preſenti cōtraxit de facto. Dicitur hic q̄ tam pater q̄ illa ſint ſine ſpe cōiugij: filius vero aliam accipiat.
e ¶ Sponſam, ſcꝫ de futuro.

illis antea vxor fuerat: neutrā ex ipſis habeat, nec ipſi adultero vnq̄ꝫ in coniugio[a] copulet̄. i. nec ꝓprie vxori ſibi licet reddere debitū, quā ſibi reddidit illicitam ſororem eius cognoſcendo, nec etiam poſt mortē vxoris licet ei adultere vel alicui copulari in coniugium.

De ſponſa vero econtra legitur in concilio Triburienſi.

¶ De eo q̄ dormiuit cū ſponſa fratris ſui.

Quidā deſponſauit vxorē, ⁊ dotauit[b] eā, ⁊ cum ea coire non potuit: quam clāculo frater eiꝰ corrupit, et grauidam eam reddidit decretuꝫ eſt vt q̄uis nupta eſſe non potuit legitimo viro, deſponſatā tamen fratri frater habere nō poſſit: ſed mechus[c] et mecha fornicationis quidem vindictā ſuſtineant: licita[d] vero cōiugia eis non negentur.

Item ex eodem.

¶ Si q̄s ſponſam filij ſui oppreſſerit, ſimul cum ea ſine ſpe coniugij maneat.

Si quis ſponſam[e] filij ſui oppreſſerit, et poſtea filius eius eam duxerit: pater[f] poſtmodum non habeat vxorem, nec mulier virum. filius qui patris facinus ignorauit, aliam accipiat. Si illa quā vir ſororis ſue cognouerit[g] perpetuo copulari ꝓhibetur: hic vero qui ſponſam fratris ſui corruperat, peracta penitētia matrimoniū contrahere permittit̄: apparet[h] hanc non fuiſſe coniugem fratris eius.

Item mulier cauſa fornicationis a viro ſuo dimiſſa, aut ei reconciliabitur, aut eo viuente innupta manebit.

De ſponſa[i] vero econtra inuenitur in primo libro capitularij, in quo ſic legitur.

¶ Si ſponſus raptam recipere noluerit, liceat ſibi alij nubere.

Raptor penitētia publica mulctetur, raptā vero ſi ſpōſus accipere noluerit[k] et ipſa eidē crimini cōſentiēs[l] non fuerit[m], licentia nubendi alij non negetur.

Item ex concilio Toletano.

¶ De eodem.

Statutū eſt a ſacro conuētu vt ſi q̄s ſponſam alteriꝰ rapuerit[n] publica penitētia mulctet̄, ⁊ ſine ſpe cōiugij maneat. Et ſi ipſa eidē crimini

f ¶ Pater. Quare ergo frater permittit̄ vxorē habere in conſimili caſu: vt. ſ. in ca. precedēti? Reſpon. q̄ pater ꝓximior eſt filio q̄ frater. nā vna perſona intelligit̄ eſſe cum eo: vnde magis punitur. Jo.
¶ Si illa. ¶ Caſus. Infert G. ex ſupradictis dicens: ſi illa quam vir ſororis ſue cognouit, contrahere non poteſt: qui vero ſponſam fratris ſui corrupit, poſt penitentiā cōtrahere pōt, apparet q̄ hec nō fuit coniunx fratris eius. Itē vxor poſt fornicationem poteſt viro ſuo reconciliari: et eo viuo manebit innupta: de ſponſa vero contrariū inuenitur: quod probat per ſe. ca.

De hꝰ xxx. q. iij. §. hac auctoritate. i. ꝑſo.

g ¶ Cognouerit. ſ. e. q̄ dormierit.
h ¶ Apparet. Allegando dicit.
i ¶ De ſpōſa. de futuro. nā ſi ſit de preſenti, idē eſt qđ incognita.
Raptor. ¶ Caſus. Si aliq̄s rapuit ſponſam alterius, raptor debet puniri: ⁊ ſi ſpōſus eā recipere noluerit, ipſa poterit alij nubere ſi raptori in crimine nō cōſenſit.
k ¶ Noluerit. de facto ſupple, ſi intelligas de ſponſa de preſenti. naꝫ de iure cōpellitur eā recipere ſi ipſa nō peccauit nec ꝯſenſit, ſed per vim eſt paſſa. ar. xxxij. q. v. reuera. ff. de adul. ſi vxor. §. ſi q̄s plane. niſi velit ſponſus religionē intrare: vt ex̄ de cōuer. cōiu. ex publico. ⁊ ſm hoc qđ dicit̄ in fi. q̄ illa poſſit nubere cū alio, intelligas poſt mortē viri ſui. ſi autē ſponſa eſt de futuro, nō eſt compellēdus: quia libera debēt eſſe matrimonia: vt extra de ſpon. requiſiuit. nam propter modicam cauſam poteſt dimitti vxor de futuro. extra de iure iuran. quemadmodum.

Et hꝰ de rigore iuris, q̄ p̄ diſpēſationē acta penitentia nubere poteſt. c. ſi autem. xxxij. q. ij.

l ¶ Conſentiēs. Tunc enim non poſſet nubere, niſi timeret̄ incontinentia eius: vt ex̄ de eo q̄ cog. conſan. ca. ex literis. in fi. xxxvj. q. ij. ſi autem. Jo.

Hoc no. xxxvj. q. ij. § ſum.

m ¶ Nō fuerit. Ante vel poſt. nō em̄ refert quādo dolꝰ cōmittat̄. arg. j. q. j. eos. ⁊. ff. de calū. l. j. §. qui autē.
n Statutum eſt. ¶ Rapuerit. i. violenter corruperit. Si hoc intelligas de ſpōſa de p̄ſenti, dic alij, ſcꝫ ſponſo, q̄ eſt aliꝰ a raptore. ⁊ ſm hoc dic nubendi. i. carnaliter commiſcendi. ſi autem legas de ſponſa de futuro, dicas alij, ſcilicꝫ a ſponſo ⁊ raptore, nam cum raptore ſenet.

Matrimoniū raptoris ⁊ rapte

conſentiens[a] non fuerit: licentia nubendi alij non negetur. Qȝ ſi poſt hec coniungere ſe preſumpſerint[b]: vterq̧ vſq̧ ad ſatiſfactionem[c] anathematizetur. Apparet ergo hanc non fuiſſe coiugē, cui viuēte ſponſo alteri nubēdi licētia nō negaẗ. Quomodo ergo ſm Ambroſium ⁊ reliq̃s patres ſponſi cōiuges appellanẗ, ⁊ his oib⁹ argumētis coniuges nō eſſe pbātur? Sed ſciendum eſt[d] ꝙ coniugiū deſponſatione initiatur, cōmixtione perficiẗ: vnde inter ſponſum ⁊ ſponſam coniugiū eſt, ſȝ initiatū: inter copulatos eſt coniugium ratum.

Unde Ambroſius.

**In deſponſatione coniugium initiatur.**

Cum initiaẗ[e] cōiugium cōiugij nomē adſciſciẗ: non cū puella viri admixtione cognoſciẗ. Ecce ꝙ in deſpōſatiōe ꝯiugiū initiaẗ, nō pficiẗ.

Item Ambroſius in lib. j. de patriarchis.

**Cōiunctoꝝ cōmixtio, matrimonium perficit.**

In oi matrimonio cōiunctio intelligitur ſpūalis quā cōfirmat ⁊ perficit cōiunctorū commixtio corporalis.

Itē Hieronym⁹ ſuper Abdiam prophetam.

**Matrimonium ſponſali cōiunctione initiatur, cōmixtione perficitur.**

